Anno 1532 die 9. Aprilis    Ex M. S. B. Zal.

# Sigismundus Primus Rex Poloniæ
## Joa: de Tarnow Palatino Russiæ Exercituum Regni Poloniæ Capitto Generali

84

Sigismundus etc. Intelliget tua Serenitas ex aliis literis Nostris et ex exemplis literarum partim a Vojevoda Moldaviæ, partim a Vble Francisco Præposito Transsilvaniæ, Serenissimi Regis Joannis Oratore qui hic præsente Mea Vestra fuit ad Nos scriptarum, quam varius et fallax. sit ipsius Vojevoda Moldaviæ, adversum Nos animus, in qua illius varietate cum videamus plurimum Nobis referre ut et bene cauti, et in finibus firmis præsidiis muniti simus Statem tuam, hortamur, habere volentes ut propter Publicam et Nostram necessitatem festive ad milites Nostros, mercenarios in Poloniam excurrat, Mosq et recenseat, et in nostras quartale Anni are militari conducat, et firmis servicium illis judicat. Audimus enim illos iam primum finem quartalis explevisse et tam Personarum quam quod conscriptor non integrum Numerum servare, Nos vero curabimus ut pecunia quæ ex laudatis Contributionibq exigit, illuc quam celerime fieri poterit, deportetur

dedimus

Dedimus enim ad Exactores mandata, Nostra Notariosq Nostros ad illos misimus ut citra o mnem moram illam colligant et componant, et aliter pro debito officii sui, et Gratiae Nostrae tua Sinceritas non faciat, quae bene valeat.

Cracoviae 9. Aprilis Anno Domini 1532.

Regni Nostri 26.